



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

41. An Episcopus vigore hujus decreti possit dispensare in irregularitate orta ex mutilatione alicujus membri? Et notatur mutilantem membrum inimici jam mortus non incurrere iregularitatem, cum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

RESOL. XXXIX.

An Episcopus possit dispensare vigore huius Decreti in irregularitate contracta ex homicidio in bello iusto? Et docetur Prelatos Regulares, qui habent privilegium dispensandi, excepta irregularitate orta ex homicidio voluntario, posse etiam dispensare in irregularitate orta ex homicidio in bello iusto, & ex alia ex defectu lenitatis incurfa à Ministris Iustitia. Ex part. 7. tract. 1. Resol. 7.

6. 1. Aliqui affirmant, aliqui negant Doctores quos ego adduxi in part. 4. tr. 2. resol. 70. Et utramque sententiam ego puto probabilem; & citatur nonnullum Machadus de Perfecto Confess. tom. 1. lib. 1. part. 3. tract. 17. docum. 12. num. 3. sic ait. Quando la guerra es justa dudan los Doctores si la irregularidad, que en ella se contrae la puede dispensar otro que el Pontifice; por ser de homicidio iusto y que procede; ex defectu lenitatis.

2. Esta question es tan reñida entre los Doctores, que viene a ser comun; aunque mas recebida, y de mas Auctor: la parte negativa, de que solo el Pontifice puede dispensar en ella, pero no el Obispo; por que la facultad que el Concilio en el lugar referido le concede para que pueda dispensar, es en las irregularidades, que provienen de delito: mas no en las que se ocasionan sin el, como es el homicidio iusto. La afirmativa asendian otros muchos; fundados tambien en el mismo lugar del Concilio; por que la exception que en el hace de homicidio voluntario, juzgan que solamente contiene en si, y se deve entender de injusto; pero no del iusto, ni de la irregularidad, que por el se contrae. Ita ille qui me citato docet etiam Prelatos Regulares, qui habent Privilegium dispensandi excepta irregularitate orta ex homicidio voluntario posse etiam dispensare in irregularitate orta ex homicidio in bello iusto, & ex alia ex defectu lenitatis incurfa à Ministris Iustitia: quod etiam observat Villalobos in summa tom. 1. tract. 21. difficult. 28. num. 13. contracta ex homicidio in bello iusto, sic ait. Es mucho de notar, que el que tiene privilegio para dispensar en las irregularidades, excepto la que nace de homicidio voluntario, puede dispensar en esta: que debaxo de homicidio voluntario no se comprehende aquel que se hace injustamente, por que esse no es, simpliciter, homicidio, como nota S. Thom. citando a S. Aug. y como estas irregularidades son como distintas en especie, en la exception de la vna, no se incluye la otra como dizen Cagu. Cordova, Armilla, y otros; y así los Prelatos de los Ordenes Mendicantes, que tienen privilegio para dispensar con sus subditos, excepto en la de homicidio voluntario, pedran dispensar en esta: y lo mismo es en la del juez, y los demas que concurren justamente al peccato de sangre, por la misma razon. Ita Villalobos.

3. Nota tamen quod post hæc scripta inveni nonnullum Calpensem in Cursu Theologico tom. 2. tract. 2. disp. 5. sect. 12. num. 84. docere Episcopos vigore Concilii Tridentini non posse dispensare in irregularitate contracta in bello; sed opinio affirmativa vt diximus est satis probabilis.

RESOL. XL.

An irregularitas contracta ex mutilatione alicuius membri, sit ab Episcopo dispensabilis, & quid de Prelatis Regularium? Et an qui alium excecat, sed oculum foras non eruit,

non sit mutilator, neque irregularis, neque qui fecerit anequam animetur, occidit. Ex part. 4. tract. 2. Ref. 1.

§. 1. Negativam sententiam tenet Sanchez in summa tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 9. qui citat Henriquez lib. 14. cap. 9. num. 3. & ante illos Medina in summa lib. 1. cap. 11. §. 12. & rationem adducunt, quia in Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. sola dispensatio irregularitatis ex delicto confurgentis conceditur Episcopis, vnde si non exciperetur ibi irregularitas ex homicidio voluntario, censetur excepta eo quod non sit ex solo delicto, sed etiam ex significatione. Sed irregularitas ex mutilatione est ex delicto & significatione; ergo non censetur concessa eius dispensatio Episcopis; & ita hanc opinionem tenet etiam Franciscus Leo in Thesaur. fori Eccles. part. 2. cap. 8. num. 89.

2. Sed contraria sententia est communis, & illam tenent sexdecim Doctores, quos citat & sequitur Barbosa de potestate Episcopi part. 2. allegat. 38. n. 49. quibus ego addo Portel in dubiis Regularium ver. dispensare num. 7. & 9. Didacum de Arrojo de Sacram. cap. de irregular. num. 10. Homobonum de Bonis exam. Eccles. part. 1. tract. 12. cap. 3. quasi. 10. Alzedum in praxi Episc. part. 2. cap. 6. num. 2. Villalobos in summa tom. 1. tract. 21. difficult. 21. num. 2. Hurtadum disp. 2. de irregular. diff. 20. num. 66. Filiucium tom. 1. tract. 20. cap. 2. num. 51. Gauantum in enchirid. Episc. ver. irregularitas, num. 108. Nouatium in iure novo Pontificio, conclus. 81. num. 16. Præpos. in 3. part. quasi. 5. de irregular. dub. 9. num. 73. & Tannerum in 3. part. d. s. 6. quasi. 10. dub. 11. num. 229. Bartholomæum de Vecchis in praxi nouit. disp. 9. dub. 17. n. 1. Vt autem dicatur mutilatio membri, requiritur ipsius abscissio, itaque etiam aliquis debilitet membrum alterius, & ita quidem vt plene mutilatus reddatur ineptus functionibus Ordinum, propter quod reddatur irregularis, ipse tamen non contrahet irregularitatem, sed ad hoc requiritur, vt membrum abscindat, & quidem viuum. Ita præpositus & multi ex Doctoribus citatis, & ideo ait Fernandez in exam. Theolog. moral. part. 2. cap. 10. §. 14. num. 7. qui alium excecat, sed oculum non foras eruit, non est mutilator, neque irregularis, neque qui fecerit, antequam animetur, occidit.

RESOL. XLI.

An Episcopus vigore huius Decreti possit dispensare in irregularitate orta ex mutilatione alicuius membri. Et notatur mutilationem membrorum inimici iam mortui non inducere irregularitatem, cum membrum mortui non dicatur, nec sit simpliciter membrum, vt pote carens anima, & vita. Ex part. 7. tractat. 2. Resol. 28.

§. 1. Respondeo affirmatiuè cum Villalobos in summa tom. 1. tract. 21. difficult. 21. num. 2. vbi sic ait: En esta Irregularidad que nace de homicidio voluntario, solo el Papa dispensa, aunque sea occulto, como consta del Concilio Tridentino. Mas esto no se ha de estender à la mutilacion, aunque, en otras cosas se equiparan en derecho, y así puede el Obispo dispensar con el que mutilo voluntariamente, siendo el delito occulto y lo declararon los Cardenales, como refiere Marcilla, y Suarez. La razon es, por que las palabras del Concilio se han de interpretar, estrechamente, por ser materia de reformation, que es odiosa. Ita Villalobos.

a. Dicendum

Sup. hoc in Ref. seg. & in tom. 4. tr. 3. Ref. 136. à lin. 4. sed lege eam per totam.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. Ref. 64. in fine.

Sup. hoc in membro viuo, in fine Ref. seg. Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. Ref. 64. §. vlt. Et profectu contento in lin. penult. huius Ref. in tom. 5. tr. 6. Ref. 18.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in tom. 4. tr. 3. Ref. 136. à lin. 4. Sed lege eam per totam.

LIBRERIA
S. ANTONIA
S. III. IV. V
E. III

322 Tract. III. De Potestate Episcoporum,

32. Dicedum est igitur licere Episcopo dispensare in quacunque irregularitate, orta ex cuiusvis membri occulta mutilatione. Ratio est: quia Tridentinum solum prohibuit dispensandi facultatem in irregularitate orta ex homicidio: sed mutilatio non est homicidium: ergo Episcopus poterit in illa dispensare: exceptio enim firmat regulam in contrarium. Vnde venit referendus Franciscus Leo in *Theof. fori Eccles. part. 2. cap. 8. num. 8.* & Sanchez cum aliis per eum relatis, dum *lib. 1. Operis Moralio, cap. 10. num. 49.* docet, ex eo, quod mutilationis irregularitas non solum sit ex delicto, sed etiam ex defectus significatione, id est, ex defectu perfectæ lenitatis; idcirco Episcopis hæc facultatem non competere, cum Tridentinum eisdem Episcopis concedat facultatem dispensandi in solis irregularitatibus ex delicto. Nam, vt bene Garzias *num. 33.* quamuis ratio; & finis imponendi irregularitatem homicidio, & mutilationi, sit significatio perfectæ lenitatis Christi Domini; tamen ista irregularitas absolute, & simpliciter est ex delicto, & in illius penam constituta; & ideo prædicta ratio à Sanchez allata non procedit.

3. Et ideo sententiam affirmatiuam esse communioem, & tenendam docet nouissimè me citato Machadus de *Perf. Confess. tomo 1. lib. 1. parte 3. tract. 17. docum. 12. num. 7.* vbi sic ait: *Queda grauemete dudo, y conuouerso entre los Doctores si en los casos de irregularidad; en que el Obispo no puede dispensar; por ser de homicidio; pueda per lo menos en la que promiende de la mutilacion de algun miembro.* Sanchez, y otros Autores sienten que no. Però la contraria opinion la conviene a saber, que es dispensable por el Obispo la Irregularidad, que se contrae por la mutilacion de algun miembro (es mas comun, en cuyo fauor trae Barbosa diez y seys Autores, que referere, y sigue; sin otros muchos a quienes cita, y segue tambien Diana. Hæc Machadus; quibus adde Doctores, quos ad fatietatem etiam me citato adducit Barbosa de *Potestate Episc. parte 2. Alleg. 39. num. 49.* vide etiam Caspensem in *curso Theol. tomo 2. tract. 26. disp. 5. sect. 17. num. 119.*

Nota hic obiter mutilantem membrum inimici iam mortui non incurrit irregularitatem, cum membrum mortui non dicatur nec simpliciter membrum, utpote carens anima & vita, sicut homo mortuus non dicitur simpliciter homo. Ita Toletus *lib. 1. c. 71. num. 11.* Mazuchel de *casib. referu. disp. 2. cap. 7. quest. 3. num. 119.*

RESOL. XLII.

An Episcopus possit vigore Concilij dispensare in irregularitate orta, & contraicta ex excessu in sui defensione?

Et aduertitur, quod qui ob extremam & omnino inuitabilem vitæ suæ defensionem alium occidit, nullam incurrit irregularitatem, & ideo neque Episcopi dispensationem egerit. Ex p. 7. tr. 2. Ref. 29.

Sup. hoc infra in Refol. 46. §. Sed ad lin. 4. & lege alias Ref. not. prima dictæ Refol. & in tom. 5. tr. 5. ex Ref. 127. §. vi. &c.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè: dico igitur posse Episcopum dispensare in irregularitate ex homicidio occulto patrato causa defensionis, non seruato moderamine inculpate tutelæ, quia huiusmodi homicidium volitum causa defensionis, non comprehenditur sub homicidio voluntario, imò potius, licet non sit merè necessarium, necessarii vim habet, quatenus vitandæ mortis causa fit. Et ita hanc sententiam me citato satis firmat Barbosa de *potest. Episc. parte 2. Allega. 39. num. 53. & seqq.* Et ratio, quia Concilium cum tribuat facultatem di-

spensandi eum, qui in vitæ suæ defensionem occidit, nisi pariter loquatur de homicida excedente moderamine inculpate tutelæ, frustra hanc facultatem Episcopis concessisset: siquidem, qui non excedit hanc moderationem, sed ob extremam, & omnino inuitabilem vitæ suæ defensionem alium occidit, nullam incurrit Irregularitatem. *Clemeninas si furiosus de homicidio.* Igitur, neque Episcopi dispensatione egeret. Et ita me citato tenet etiam Marchinus de *Sacram. Ordinis tract. 1. parte 9. cap. 1. diff. 3. n. 5.* Vide etiam Caspensem in *curso Theol. tom. 2. tr. 25. disp. 5. sect. 17. nr. 19.*

RESOL. XLIII.

An Episcopus ex hoc Decreto possit dispensare in irregularitate occulta mandantis, si mandarius excessit mandatum, ita vt mors sequuta sit?

Et an si quis percutiat prægnantem in vtero sine intentione caulsandi abortum, etiamsi postea ille ex huiusmodi percussione sequatur, non sit homicida voluntarius, vnde possit ab Episcopo in irregularitate dispensari?

Et an si quis mandans homicidium in persona vnius, si committatur in persona alterius, non incurrit irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, & ideo possit Episcopus dispensare? Ex p. 7. tr. 2. Ref. 30.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondeo; ideo assero Episcopum posse dispensare cum eo, qui mandauit seruo, vt alterum percuteret, sed cauerit ne occideret, nam homicidium inde sequens, non est propriè voluntarium respectu mandantis, sed est casuale culpabile. Et ita me citato docet Marchinus de *Sacram. Ordinis tract. 1. parte 9. cap. 1. diff. 3. num. 6.* & alij penes ipsum, quibus ego addo Alzedum *parte 2. cap. 6. num. 4.* Molinam *tomo 4. meati. tr. 3. disp. 3. num. 7.* & Henriquez *lib. 14. cap. 19. n. 3.* in *Glossa litera E.* Et ideo ex hac ratione, si quis percutiat prægnantem in vtero sine intentione caulsandi abortum, etiam si postea ille ex huiusmodi percussione sequatur, non est homicida voluntarius, vnde poterit ab Episcopo in irregularitate dispensari. Ita contra Nauarum in *Man. cap. 27. num. 240.* & alios tenendum est cum Sayro de *conf. lib. 7. cap. 7. num. 7.* Et hoc etiam me citato docet Marchinus *ubi supra.*

2. Hinc etiam dicendum est, quod mandans homicidium in persona vnius, si committatur in persona alterius, non incurrit irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, & ideo potest Episcopus dispensare, vt me citato obseruat Barbosa de *potest. Episc. parte 2. Alleg. 39. num. 52.* & alij penes ipsum.

RESOL. XLIV.

An vigore huius Decreti Episcopus possit dispensare in irregularitate contraicta ex homicidio casuali, quando est publicum: & non solum ad minores Ordines, sed etiam ad maiores, & simplex beneficium, & etiam ad beneficium Curatum? Ex p. 7. tract. 2. Refol. 31.

§. 1. **N**on est dubium, quando homicidium est occultum; difficultas est quando est publicum. Et negat Garzias de *Benef. parte 7. cap. 11. num. 27.* & Alzedus in *Praxi Episc. parte 2. cap. 6. num. 6.* vbi sic ait. Dispensat etiam Episcopus cum homicida